

CHRISTIANI WOLFII  
JUS NATUREÆ  
METHODO SCIENTIFICA

P E R T R A C T A T U M ,

P A R S P R I M A ,

I N Q U A

OBLIGATIONES ET JURA CONNATA

EX IPSA HOMINIS ESSENTIA ATQUE NATURA

A PRIORI DEMONSTRANTUR

ET TOTIUS PHILOSOPHIÆ MORALIS

Omnisque Juris reliqui fundamenta solida jaciuntur ,

CUM CLARISSIMI AUCTORIS VITA ,

E T N U N C P R I M U M C U M

VIRICL. DE VATTTEL

A N I M A D V E R S I O N I B U S ,

E D I T I O N O V I S S I M A E M E N D A T I O R , E T A U C T I O R .



F R A N C O F U R T I , E T L I P S I A E ;  
M D C G C L X I V .

---

M E R E S O C I E T A T I S V E N E T I E ,  
S U P E R I O R U M F A C U L T A T E , A C P R I V I L E G I I S .

Serenissimo Celfissimoque Principi ac Domino Domino

# FRIDERICO REGNI BORUSSICI,

Electoratus Brandenburgensis Reliquarumque Provinciarum Hæredi , Domino longe Clementissimo.

SERENISSIME CELSISSEMEQUE PRINCEPS.



*P*ra natura constitutum Jus esse dudum agnoverunt veteres & antiquissima ævo jam pro certo habuerunt Sinenses. Nemo tamen hæc tenus fuit, qui distincte exposuerit, quomodo obligationes omnes seu officia & cum iisdem coherentia Jura ex ipsa hominis essentia atque natura tanquam ex fonte suo deriventur. Philosophus, cuius est rationem reddere eorum, quæ sunt, in rationibus proximis minime acquiescere, sed ad ultimam usque, quæ in demonstrando prima est, analysis suam continuare debet. Postquam igitur arduum Philosophiae reformandæ opus aggressus sum, Juris quoque Naturæ habenda erat ratio, ut evidenter demonstrarem, quomodo primæ obligationes primaque Jura, sine quibus illæ non subsistunt, ex ipsa essentia atque natura humana resultent, ex iis autem continuo nascantur obligationes ceteræ omnes ac Jura reliqua omnia, facto quodam humano juxta leges naturæ primarias determinato superaccidente. Dici non potest, quam pulcher hinc prodeat Jurium omnium nexus, non sine voluptate maxima inspiciendus ab iis, quibus Natura dedit, ut mentis oculo veritatem intimius perspiciant. Immo dici non potest, quanta lux affundatur universæ Juris disciplinæ, modo quis eam ferre possit, nec nimia confundatur. Ferre autem potest, qui studio Metaphysicæ verioris acumen quoddam sibi comparavit, quo ejus ignari destituuntur. Cum vastus sit juris omnis



# JURIS NATURÆ PROLEGOMENA.

## §. I.

**P**ER *Jus Naturæ* hic intelligimus scientiam juris naturalis hominum & obligacionum eidem respondentium. *Juris Naturæ Definitio.*

Definitio haec probe notanda venit, ut intellegatur, quoniam nunc pertractare constituerimus. Numirum docere intendimus, quomodo homo actiones suas liberas determinare teneatur, ut vitam hominis vivat: quod dum facimus, obligationes ejus naturales explicamus. Monstrare vero etiam volumus, quoniam ut agat, vel non agat, maxiliter possibile est: quod dum facimus, jus ejus naturale exponimus. E. gr. Homo obligatur ad capiendum cibum ac potum corporis conservandi gratia. Naturaliter igitur *jus* habet ad ea, quæ cibo ac potio inferviunt. Quamobrem ubi de obligatione ista naturali agitur, ibi etiam agendum de hoc jure naturali. Hoc ipso autem exemplo patet, iura naturalia & obligationes naturales sibi mutuo respondere. In discurso preliminari de philosophia in genere, quem Logicae premisimus, *Jus Naturæ* definitivimus per scientiam actionum bonorum atque malorum (§. 68 *Disp. Præl.*), quia nondum supponere poteramus cognitionem, quid juris & obligationis naturalis nomine veniat. Unde nobis sufficit, quonodo cunque indicatis, quid in ea Philosophiae parte, quæ juris naturalis nomine venit, doceatur. Actiones enim bona illæ sunt, ad quas committendas, mala autem, ad quas omitten-

das per ipsam essentiam atque naturam humanae obligamus (§. 127. p. 1. *Phil. præl. univ.*) & non modo jus habimus ad actiones illas committendas, hafce vero omittendas (§. 158. p. 1. *Phil. præl. univ.*), verum etiam ad ea, siue quibus obligacioni naturali satisfieri nequit (§. 159. part. 1. *Phil. præl. univ.*). Et igitur explicatur, que de actionibus bonis & malis tenenda sunt, & obligationes naturales, & iura hominis naturalis exponere tentur. Quod si actiones omnes essent indifferentes, ut perinde foret, quascunque committeremus, vel omittieremus; nulli daretur obligatio naturalis, nullum quoque jus naturale. Sed quoniam in ipsa essentia & natura hominis continetur ratio, cur hafce potius actiones committantur, quam omittantur, alios vero omittant potius, quam committant; igitur & obligationes dantur naturales, iurisque dantur naturalia. Et tam illæ, quam haec nosse tenemur, ut vitam hominem dignam agamus. Postquam itaque distinctor explicavimus, quid sit obligationis naturalis (§. 128. 129. part. 1. *Phil. præl. univ.*), quid jus naturale (§. 156. 160. part. 1. *Phil. præl. univ.*); Jus etiam naturæ clarius definire licuit, ut primo illatum intuitu intelligatur, quodammodo sit ejus objectum.

## §. 2.

*Cui in Jure Naturæ traduntur, demonstranda sunt, ex ipsa quidem essentia & Naturæ re natura hominis atque rerum.* Etenim *Jus Naturæ* scientia esse debet (§. 1.), ut quirantur seilicet certam eorum, quæ in eodem traduntur, cognitionem consequamur demonstrare (§. 595. *Log.*). Quamobrem cum scientia sit habitus demonstrandi, quod affirmatur.

Wolffii *Jus Naturæ* Tom. I.

A

ma-

QUESTIONES  
DE JURE NATURALI  
CUM ANIMADVERSIONIBUS IN OPUS  
C. L. WOLF III  
DE JURE NATURÆ  
AUCTORE  
DQM. DE WATTEL  
Ex Gallico in Latinum conversæ.


Wolffianæ T. 1

## ANIMADVERSIONES

## CL. VIRI DE VATTTEL

*In Partem Secundam Juris Naturæ*

## C L. VV O L F I I .



**Pars II. §. 19.** *In communione primæva etiam res industrielles & artificiales sunt communes.*

 St id verum ex hypothesi, dum fingitur perfecta communitas sine ulla proprietate; sed nonne extra hypothesin, discrimen magnum interest inter res tantum naturales, & industria vel artis fructus? Perfecta communio rerum naturalium pendet ab hominum æqualitate qui in dona naturæ eodem jure potiuntur. At qui industria sua aut fructum educavit, aut machinam aliquam construxit, num potiore jure non fructur? Si enim quisque curare debet copiam & abun-

dantiam rerum necessiarum, utilium, & jucundarum, cum quisque sibi primum debeat quæ debet alteri, certe in fructus industriae suæ jus majus habebet.

Sane hæc videtur esse origo domini vel proprietatis, quæ primævam communionem exclusit. Qui primus agrum coluit, profecto judicavit, fructus ejusdem agri ad ipsum pertinere, eosque sibi addixit, deinceps pauplatim agrum ipsum sibi adscripsit, quæ postea ceteri sunt imitati.

**§. 85.** *In simplicitate vite non alia homini boni notio est, quam quod bonum existimat, quod a rædio, sive molestia, vel dolore liberat &c.*

Pictura hæc vite simplicis vix agnoscitur. Non enim concipi potest ullum tempus, quo nullam aliam voluptatem homines cognoscerent, quam doloris vacuitatem. Bestias ipsas videntur cognoscere voluptatem veram & bonum positivum. Ex. c. Canis satur panem recusat, at frustum earnis assæ arripit avide, manifesto indicio, cum praeter expulsionem doloris cognoscere veram voluptatem. Homines ipsi in

vita simplici procul dubio cognoverunt. *Notio boni* alimenta differentia, ideoque præter *in vita simplici* satiatam famam voluptates alias expectierunt. Quid? voluptates amoris! nunquid ad eas & homines & bellus pellit solius doloris fuga? Evidem opinor viva quadam voluptate ad eas ferri cuncta animantia; nec tamen inferior, eam voluptatem in simplicitate vite, quam Wolfius fingit sensu solo terminari potuisse.



# JURIS NATUREÆ

## P A R S   S E C U N D A .

**De Dominio ac inde resultantibus Juriis, cumquæ iis connexis  
obligationibus.**

### C A P U T   P R I M U M .

#### De primæva rerum Communione.

##### §. 1.

**Jus rerum** dicitur, quod homini competit respectu rerum.

Ita ius ad eas res homini natura competens, ut scilicet eas in cibam ac potum capere licet, quæ corpus alere possunt (§. 383 p. 1. *Jur. Nat.*).

*quodcumque*  
*sunt.*

##### §. 2.

**Jus commune** vocamus jus idem, quod pluribus simul competit: *Proprium* vero, quod unius cuiusdam homini in singulari soli competit.

Ita jus natura homini competens ad eas res, quæ corpus alere possunt, jus commune est, quia omnibus hominibus simul competit, ita ut eisdem numero rem in cibam vel potum capere licet, cui libetur. Interius autem pertinet, dominiam esse jus propriam, quod solum domino competit. Nonandum vero liberte ali quois confidessari, tanquam unum hominem seu personam unam in oppositione ad alios et ipsi diversos: quo respectu iei quiddam etiam ipsius proprium dicitur. Et. gr. Parentes patrem in liberos est jus, quod solum parentibus competit, non vero homini cuiusdam alii. Quoniam et respectu hominum exterorum, qui parentes non sunt, jus proprium dicitur. Ceterum ad evi-

tandam equivocationem (§. 143. *Disc. pralim.*) nam dicitur *commodum iuriis* semper sumimus pro facultate tur. moraliter agend (§. 156. p. 1. *Phil. pral. univ.*), nunquam vero pro lege: quo in posteriore signib[us] *commodum omnium hominum* jus dicuntur leges, quibus omnes populi utuntur; Romanorum vero *proprietatis* vocantur leges, quas populus Romanus sibi constituit §. 1. *Institut.* de J. N. G. & C. Denique nec hoc prætermitiens dum, quod identiter non aliter intelligamus, quam qualem definitivum in *Philosophia prima* (§. 181. *Ques.*), ne quo certius respectu eadem dicuntur habentur pro iisdem omni respectu. Abusus et similia.

##### §. 3.

*Wolffii ius Naturæ Tom. II.*

A